

# Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in  
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

**Caput III.**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

## Caput III.

**T**ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum <sup>III. viss.</sup>  
**E**stantem coram Angelo Domini, & Satan  
 stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et  
 dixit dominus ad Satan: Increpet Dominus  
 in te Satan, & increpet Dominus te, qui elegit Ierusalem.  
 Nunquid non iste torris est erutus de igne? Et Iesus erat  
 indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli. Qui  
 respondit, & ait ad eos, qui stabant coram se, dicens; Au-  
 ferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstu-  
 li à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs. Et dixit:  
 Ponite cedarim mundam super caput eius. Et posuerunt  
 Cedarim super caput eius mundam & induerunt eum ve-  
 stibus.

Et Angelus Domini stabat, & contestabatur Angelus  
 Domini Iesum, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum:  
 Si in vijs meis ambulaueris & custodiam meam custodi-  
 sis, tu quoque iudicabis domum meam, & custodies  
 atria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic  
 assistunt.

Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui qui habi-  
 tant coram te, quia viri portendentes sunt. Ecce enim  
 ego adducam seruum meum Zemah (Germen) quia ecce  
 lapis, quem dedi coram Iesu, super lapidem vnum septem  
 oculi sunt. Et ecce ego aperio apertioνem eius, ait Do-  
 minus exercituum, & auferam iniquitatem terræ illius in  
 die vna. In die illa dicit dominus exercituum, vocabit vir  
 amicum suum subter vineam, & subter ficum.

## LOCI PRAEcipVI.

## I.

**D**uo Regima seu duas formas Gubernationis, singulari consilio &  
 bonitate, De vs in mundo instituit, per quas regere vult genus  
 humanum & omnia huic vita mortali & æternæ necessaria bona im-  
 pertire;

pertire. Prima & maxima est Ecclesiastica gubernatio, seu ministerium Euangelij, per quod Deus veram sui agnitionem, remissionem peccatorum & aeternam salutem creditibus impertit, & solo verbo ac spiritu suo auditores regit. Alterum est Politicum imperium, quod in hac corporali vita certis legibus, & armis, externam disciplinam & pacem ciuium tuetur, & cōtumaces gladio punit. Fuerunt autem tempore reditus ex Babylone, & instauracionis Templi & vrbis Ierosolymæ, summi gubernatores: in Ecclesia, Iesu filius Iosedech, nepos Saraiæ, quem Nabuchodonosor, capta vrbe Ierosolyma trucidauerat, 4. Reg. 25. in Politia vero, ZOROBABEL filius Saalihel, nepos Iechonias Regis. Cum igitur vtriq; in sua functione varia impedimenta & aduersationes obijcerentur, & Sacerdos de suis & populi peccatis ac indignitate angeretur: Dux vero Zorobabel longè inferiores esse suas vires potentia hostium disputaret: vtrunq; peculiari visione consolatur & confirmat Propheta: qui Sacerdoti remissionem peccatorum, gratiam Dei, repressionem Diaboli, exauditionem precum, per promissum Gerumen Davidis, Christū, vnicā oblatione consummantem omnes, qui sanctificantur: Duci vero, auxilium & victoriam, non in exercitu nec in robre, sed in spiritu suo, pollicetur. Hæc tertij & quarti capituli summa est.

II. Cum Iesus, filius Iosedech, sacerdos magnus, sit typus summi Sacerdotis Christi: definitio Sacerdotis, & discrimen inter sacerdotium Leuiticum & Christianorum, hoc in loco reperti potest. Est autem Sacerdos in genere persona à Deo vocata, vt doceat Euangeliū de Christo, & oret pro se & alijs, habens promissionem quod cetero exaudiatur, & offerat Deo sacrificia, quæ in verbo suo instituit. Summus sacerdos Christus est persona, in qua duæ naturæ, diuina & humana, indissolubili fœdere unitæ sunt: immediate vocata à Deo, & unita plenitudine Spiritus sancti, vt proferat Euangeliū ex arcano sinu æterni Patris, deprecetur pro genere humano, offerat sacrificium, videlicet ipsum, quo sacrificio meretur toti Ecclesiæ remissionem peccatorum, iustitiam & vitam aeternam. Ex hac definitione discrimen inter sacerdos magnos, Iesum Christum, & Iesum filium Iosedech, facile colligi potest. Primum enim persona differunt: Deinde officio & beneficium: Tertio efficacia. Nam Iesus Christus non tantum Homo, ~~μάρτυς~~ seu omnis peccati & labis expers, verum etiam Deus est, in duas naturis diuina & humana, personali unitione copulatis & unitis subsistens: & fons seu primus autor doctrinæ Euangelij & arcani consilij de reconciliatione: & Mediator ac Saluator, qui sua intercessione & merito Ecclesiam redemit: & propria potentia per ministerium Euangelij efficax, beneficia sua distribuit, & Ecclesiam protegit ac defendit, & tandem resuscitatam ex morte, aeterna gloria ornabit.

Iesus vero filius Iosedech, & omnes cæteri sacerdotes tantum homines sunt, & quidem multis fôrdibus peccatorum polluti: nec sunt auctores doctrinæ vel salutis aeternæ, sed tantum ministri docentes Euangelion & administrantes Sacra menta, per quæ Christus summus Sacerdos efficax est, & remissionem peccatorum ac salutem aeternam sua deprecatione & morte confectam, audientibus Euangelion impertit.

Discrimina etiam præcipua inter Leuiticum seu Aaronicum & Christi sacerdotium, breuiter & neruose indicantur Ebr. 7. hoc ordine. I. Aaroni & Leuiticis sacerdotibus dignitate antecellit Christus, cuius typus

typus fuit Melchisedek, cui decimas obtulit Abraham, ex cuius lumbis Aaron, & Leuitæ nati sunt. Semper autem inferiores offerunt decimas præstantioribus. *i i.* Secundum & præcipuum. Christus est Sacerdos Benedicens nos omni benedictione spirituali in cœlestibus, id est, affert remissionem peccatorum, gratiam Dei, Spiritum sanctum & vitam æternam, quæ donat bona, GRATIS omnibus agentibus pœnitentiam, & fide ea amplectentibus. Aaronis sacerdotium est ministerium legis male-dicentis, & abijcentis in æternam condemnationem omnes homines, qui non permanent in omnibus quæ scripta sunt in lege. Gal. 3. Christus nos redemit à maledictione legis, factus pro nobis maledictum. *i i i.* Sa-cerdotium Aaronis nihil deduxit ad perfectionem, id est, non potuit tol-lere peccatum & mortem, sed fuit imbecillum & inutile, scilicet ad re-stituendam iusticiam & vitam æternam. Fuit autem Isagoge melioris speci, per quam appropinquamus Deo, id est, fuit typus & figura Christi, per quem audemus accedere ad Deum, qui liberat nos à peccato & morte, & iustitiam & vitam æternam restituit. *i i i i.* Christi Sacerdotium addito jureurando Dei institutum & confirmatum est, Psal. 110. Iuravit Domi-nus & non poenitebit eum, Tu es Sacerdos &c. *v.* Christi Sacerdotium est æternum, vnde & saluare potest perfectè, accedentes per eum ad Deum semper viens, vt interpellet pro eis. Leuitici sacerdotes non fuerunt eterni, sed morte sublati sunt. *v i.* Summus Sacerdos debet esse san-csus, innocens, impollutus, sine omni peccato, & excelsior coelis, id est, verus & omnipotens Deus, & tamen Homo. Talis est solus Christus, non Aaron. *v i i.* Leuitici sacerdotes quotidie offerunt sacrificia, primum pro proprijs peccatis, deinde pro peccatis populi. Christus SEMEL se-metipsum obtulit pro peccatis totius mundi. *v i i i.* Leuitici sacerdotes tantum sunt homines. Christus est filius Dei in æternum perfectus. Hæc octo discrimina Aaronis & Christi ex septimo capite epistolæ ad Ebraeos collegi, plura autem ex 8. 9. & 10. capite sua diligentia studiosi prioribus adiungere poterunt.

*L* Pertinet huc tabula, que proxime sequenti pagina inserta est.

*III. Locvs. Consolatio aduersus insidias & molitiones diaboli impe-dientis & turbantis omnem gubernationem Ecclesie & politie salutarem.* Ut enim singulos pios velut Leo rugiens circumit aduersarius noster diabo-lus, & vel suggestione dubitationum & opinionum impiarum, vel externis illecebris vitiosas cupiditates irritantibus, vel rebus aduersis aut secundis, eorum animos fatigat, & in lapsus ac exitium impellit: ita præcipue do-ctoribus & ministris ecclesiistarum, fideliter in suo officio scrumentibus, ad-versatur Satanæ, & varijs piorum & salutarium consiliorum & actionū im-pedimentis, violentis persecutionibus, calumnijs, & similibus machinis animos eorum languefactos in dubitationem & desperationem adigere, eosq; publicis gentium calamitatibus perdere & funditus delere conatur, οὐδεὶς τὸν διάβολον διαμόνων εἰσί. Contra has diaboli insidias & mo-litiones consolationem nobis Zacharias proponit cum SATANAM astantem pio sacerdoti, & hac tentatione cum turbanté, quod sordidis vestibus indu-tus esset, h. tetris sordibus peccatorum ipse & ipsius populus contaminatus, ideoq; indignus esset, qui templum Domini instauraret: A DOMINO IN-CREPARI h. compesci & reprimi & conteri sub pedibus piorum assertat:

M m

Et pios

SERIES SVMMORVM SACERDOTVM IN  
populo Iudaico, ab AARONE vsque ad IESVM  
zecimus. *Si enim* filium Iosedech deducta.

IACOB.

Leui.

Caath.

Amram.

**AARON** Primus Sacerdos in populo Israël. A Deo per Mosen ordinatus est, Exod. 28, 29. Leu. 8, 9. Anno ante Christum 510.

MOSES Dux & Legislator populi Israël ex Aegypto egredi, & Testis de CHRISTO venturo.

ELEASAR, filius Aaronis, Exo. 6. Sacerdos, Leuit. 8. Num. 3. 20. 27. Ios. 14. 19. 21.

ITHAMAR filius Aaronis, Exo 6. 28. Leuit. 10. Num. 3. 26. Ab hoc ortus est.

PHINEES, Nu. 25. 31. Ios. 22. 24. Sacerdos & Iudex populi Israël, 1. Para. 24. 1. Reg. 1. 2. 4. Iud. 20.

HELI

Abisue, 1. Paral. 6.

Phinees, Ophni,

1. Reg. 1. 4. 14.

Bocci.

Ichaboth,

Achitob,

Ozi.

1. Reg. 4. 14.

1. Reg. 14. 21.

Zaraias.

Meraioth.

Amarias.

Achitob, 2. Reg. 8.

SADOC H Sacerdos, tempore Regis Davidis, 1. Para. 24. 2. Reg. 8. 15. 20. vngit Salomonem, 3. Reg. 1. 2.

ACHIMELECH proponit Davidi panes facierum descendos, & interficitur a Saulo, 1. Reg. 21. 22.

ABIAUTHA R Sacerdos, tempore Davidis, 1. Reg. 15. 19. Remotus a Salomonem, 3. Reg. 1. 2.

Azarias, tempore Regis Salomonis, 3. Reg. 4.

Achimaas,

2. Reg. 15. 17. 18.

Tonathas,

2. Reg. 15. 17.

3. Reg. 1.

Achimelach,

2. Reg. 1.

1. Para. 14.

AZARIAS filius Achimaas.

IOHANNA. Hunc exiliavit esse IOTADAM Pontificem, qui Regis Iosas, interficita Athalia, constituit, 4. Reg. 12. 2. Para. 23. 14.

AZARIAS refusit Ozi Regi Iuda superbe erumpenti extra vocationem & sacrificare volenti, 2. Para. 26.

ZACHARIAS interficitus a Iosas, 1. Para.

Amarias.

Achitob.

Sadoch.

Sellum.

HEECHIAS, tempore Regis Iosas, 4. Reg. 22. 1. Para. 34.

Azarias.

SARAIAS, Sacerdos tempore captiuitatis Babylonice, interficitus a Nabuchodonosor, 4. Reg. 1.

IOSEDECH una abductus in Babylonem, 1. Para. 6.

ESDRAS Scriba, sub Artaxerxe Longimanō Ierosolymam venit, & iuribus, leges Reip. & publicum ministerium Ecclesie instaurauit, 1. Esd. 7. 8. Nehem. 6. 8.

IESVS seu IOSVA filius Iosedech,

vna cum Zorobabele populum Iuda ex Babylone reduxit, & ac urbem Ierosolymam instaurare coepit. Huius mentio sit Zacharia 3. 6. Agg. 1. 2. 1. Esd. 3. 3.

Ioachim, Iosephus lib. 11. cap. 3.

Eliasib, Nehem. 3.

Ioiada seu Iudas.

IONATHAN, alias IOHANNES, fratrem IESVM in templo interfecit.

Iosephus lib. 11. IEDDA, Nehem. 12. seu IADDVS, Alexandrum Magnum, hostili animo ad Ierosolymam cum exercitu accedente, deprecatione sua flexit.

MANASSE, edificauit templum monte Garizim simile Ierosolymam Templo. Iosephus lib. 11. cap. 7.

Et pios doctores ac gubernatores ex impi o mundo & publicis calamitatibus ac periculis, velut TORRES ex incendio, integrum domum & ciuitatem consumente, erui & liberari ostendit. sicut Noha cum filiis ex diluvio, Loth ex Sodomis eruptus est. & Esaias inquit, Nisi Dominus Sebaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus. Item, Semen sanctum erit manens in queru quae decussis folijs stipem adhuc retinet. Ex hoc semine reliquo, totam arborem Deus reficere, & ex torre de incendio eruta totam domum combustam reædificare. Et ex paruis reliquijs Iudæorum ex Babylone reducum, amplissimum ecclesiæ & politiæ cœtum instaurare Deus potest.

III. *Testimonium de pluribus in diuinitate personis*, Nam Dominus Iehouah de Iehoua seu Deus de Deo tanquam de altero à se distincto loquitur. Dixit Dominus ad Satan, increpet de Dominus. sicut in præcedenti etiam capite inquit, Ecce ego venio & habitabo in medio tui ait D O M I N U S, & scies quia DOMINUS exercituum misit M E.

V. *Doctrina DE IVSTICIA CHRISTI* nobis per fidem imputata & donata, qua tetræ fordes peccatorum nostrorum reguntur & qua induiti venire in conspectum DEI, cumq; tuto inuocare, & officijs ac cultibus ipsi placentibus celebrare possumus: in VESTITV summi sacerdotis adumbrata consideretur. Cum enim sacerdos IESVS suam & totius ecclesiæ personam sustinens, & sua & totius populi peccata agnosceret & deploraret: iusu Angeli testamenti, filij Dei, auferuntur ab eo vestes fôrdide i.e. remittuntur ei & auferuntur fordes peccatorum, & induitur mutatorijs i.e. nitido & splendido vestitu, videlicet veste iusticiæ Christi, qui nos propter suam depreciationm & obedientiam & λόγον pro nobis persolutum iustos reputat, & spiritu sancto suo in pectora iustificatorum effuso, fordes peccatorum expurgat, & nouam lucem, obedientiam, iusticiam & vitam accedit. Hæc explicatio vestitus sacerdotalis, tum ex ipsa serie narrationis in hoc capite, tum ex multis similibus scripturæ locis sumta est. Esa. 61. Vos sacerdotes Domini vocabimini, &c. Induit me vestimento salutis, & induimento iusticiæ (filij Dei) circumdedit me, sicut sponsum in sacerdotali ornatu. Psalmo 131. Sacerdotes tui induentur iusticia & salute. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ & IN DVITE nouum hominem, qui iuxta Deum creatus est, in IVSTICIA & sanctitate vera. Gal. 3. Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Matth. 22. Eijcieretur ex domo Ecclesiæ non indutus veste nuptiali iusticiæ Christi fide applicatae.

V. *Doctrina de promissionibus & discriminis promissionum legalium*, quibus nostræ obedientiæ conditio adiecta est, & promissionis Euangelij propriæ, repetatur, ac utilis commonefactio de promissionibus cap. 2. Mich. recitata est. Si custodiā meā custodieris h. Si ministerium veteris Ecclesiæ tibi commendatum fideliter & sedulò obiueris, & leges Ecclesie populi Israël traditas seruaueris, vicissim seruabo & defendam te, vt summus sacerdos templi mei, perpetuò maneas, & templum ac ministerium publicum, feliciter instaures, & ad posteros propages.

VII. *De piorum ministrorum defensione & successibus prosperis*. Dabo tibi ambulantes, de his, qui hic assistunt i.e. adiungam tibi comites & custodes Angelos m̄jhi asistentes, vt in omnibus vijs tuæ vocationis tibi adsint, & te protegant, & defendant: & diabolos, varia impedimenta p̄ijs consilijs & actionibus obijcientes reprimant. vt Psalmo 91. dicitur, Ange-

lis suis mandaturus est de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis, & manib;  
bus suis portabunt te. 1. Corinth. 15. Non labor in Domino veteri  
inanis erit.

VIII. Vnus ex præcipuis in toto Zacharia locis est, insignis PRO.  
PHETIA DE OFFICIO, PASSIONE ET BENEFICIIS CHRISTI, VBI.  
CAE HOSTIAE, VNO DIB IN ARA CRVCIS OBLATAE, EXPIANTIS  
OMNIA TOTIVS MVNDI PECCATA. Audi IESV sacerdos magne,  
tu & amici (confacerdotes) tui, qui habitant coram te, quia viri ponten-  
dentes sunt i. typi Christi. Ecce enim ego adducam seruum meum ZE-  
MAH, GERMEN, de quo videlicet Ieremiæ vaticinium editum est, cap. 23.  
33. Ecce dies veniet, dicit DOMINVS, & suscitabo Dauid GERMEN IV.  
STVM, & regnabit rex, & sapiens erit, faciens iudicium & iusticiam in te-  
ra, & hoc est nomen quo vocabunt eum, I E H O V A I V S T I C I A nolit.  
Hunc DOMINVM promissum, indutum forma serui, seu naturæ humanae  
a se assumtae, & destinatum ministerio omnium maximo, & difficilimo, vt  
obediat æterno patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis: nominant  
Ieremias & Zacharias ZEMAH seu oriens GERMEN, quia ex stirpe Dauidis  
ortus est, & LAPIDEM seu petram, quia solidum, firmum & immotum rotu-  
us ecclesiæ & salutis nostræ fundamentum est, vt Actorum 4. dicitur: Chi-  
stus est lapis reprobatus a vobis ædificantibus, qui factus est in caput ange-  
li. i. lapis angularis, in quem Iudæi impingunt, & tamen necens & fuisse  
trans duos parietes, Iudæos & gentes, in vniuersitate ecclesiæ ædificium coalecen-  
tes. Esaiae 28. & Romanos 9. 10. Ecce pono in fundamentis Sion lap-  
idem angularem, preciosum, & omnis qui crediderit in eum, non pudebit.

Sunt autem super hunc lapidem OCULI SEPTEM seu multi, q. d. hic  
lapis Christus lucem veræ agnitionis Dei, veræ iusticiæ & vitæ æternæ toti  
generi humano præbebit, Iohannis 1. Erat lux illa lux vera, quæ illuminauit  
omnem hominem venientem in hunc mundum. Esaiae 9. Populus qui in-  
bulabat in tenebris ignorationis Dei, peccati & mortis, vidi lucem mi-  
gnam. Itaq; etiam omnium hominum æternam salutem expetentium o-  
culi, in solum Christum velut vnicum mundi saluatorem, directi & inten-  
tive debent. Et omnium patrum, Prophetarum, & sanctorum in veteri te-  
stamento vaticinia & sacrificia, in hunc Christum respexerunt. Hic lapis  
aperietur seu sculpetur, cum in cruce suspenso manus & pedes clavis, &  
latus lancea perforabitur (sicut infra inquit, Aspicient me quæ confoderunt)  
& plagæ acerbissimæ ipsius animæ & corpori infligentur, de quibus Esa. 53.  
dicitur: Reputauimus eum tanquam percutiendum a DEO. Sed haec vulnera  
sustinuit, vt vulnera nostra sanaret, & in cruce mortuus est, vt nobis peccato-  
mortuis & sua passione ac morte a peccato liberatis, iusticiam & vitam im-  
mortalem restitueret. Idq; vna die seu vna hostia corporis sui semel in ari  
crucis oblata effecit, vt totius terræ seu mundi iniquitatem auferretur, scilicet  
Iohan. 1. dicitur: Ecce agnus Dei qui aufert peccatum mundi. Et Ebor. 7. 9.  
& 10. de Beneficijs Christi copiose disputatur. Quæ conciones omnes ad  
præsentem Zachariae prophetiam de Christo illustrandam adiunguntur.

## Caput IIII.